



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Oratio Germanici: Conquestio & hortatio ad vindictam sceleris: Ex Tacito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

GERMANICI ORATIO.

Conquestio, & hortatio ad vindictam sceleris.

Argumentum.

Germanicus Caesar per agrata Aegypti in morbum incidit, quo leuatus, alio repente fuit correptus, quo grauius confictatus est: & suberat suspicio oblato à Pisoni, praeside Syria, veneni. Desperata valetudine sic apud amicos, qui tum frequentes aderant, moribundus loquutus est. Rogatne impune tantum scelus patiantur esse Pisoni, & Plancina eius uxori, quae particeps sceleris credebatur. Rationem poenarum persequendarum aperit.

EX TACITO.

adhuc regnat pessimum axioma, inimicum vicisci vitam accipere est alteram. Publius Syrus. Fatum autem cuius hic initio meministi, est, ut in uapulus Davares ut appellatur à Demosthene, in oratione nisi si quis, quae opponitur morti violēta. Sic Cicero dixit mori suo fato, naturali scilicet morte, post iustum atque curriculum, confici.

ALEXANDRI ORATIO.

Hortatoria ad expeditionem.

Argumentum.

Inclinatis iam animis multitudinis ad requiem laboriosa militia optandam, accesserat sparsus, sine auctore quidem, sed ex diuturniorum stativorum occasione excitatus missionis rumor. Qui etsi temere percubuerat, tamen tanta fuerat omnium auiditate acceptus, ut iam totis castris à gregarijs militibus reditus compararetur. Qua res non mediocriter Alexandrum vix ea ingressum, qua animo, & spe praeceperat, perculit. Itaque pecoribus per errorem incusatis, illis ipsis auctoribus vulgus ab eo errore, & cupiditate deducere hac oratione statuit, qua leniter obiurgat.

Fato mori. SI fato concederem, iustus mihi dolor etiam aduersus Deos esset, quod me parentibus, liberis, patriā intra iuuentam praematurō exitu raperent: nunc scelere Pisonis, & Plancinae interceptus, ultimas preces peccatoribus, vestra relinquo. Referatis patri, ac fratri, quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidijs circumuentus, miserimam vitam pessima morte finierim. Si quos spes mea, si quos propinquus sanguis, etiam quos inuidia erga viuentem mouebat, illachrymabunt, quondam florentem, & tor bellorum superstitem muliebri fraude occidisse. Erit vobis locus querendi apud Senatum, inuocandi leges. Non precipuum hoc amicorum munus est, prosequi defunctum ignauo questu, sed quae voluerit, meminisse, quae mandauerit, exequi. Flebunt Germanicum etiam ignoti. Vindicabitis vos, si me potius, quam fortunam meam fouebatis. Ostendite pop. Rom. Diui Augusti Nepotem, eandemque coniugem meam: numerare sex liberos. Misericordia cum accusantibus erit: fingentibusque scelestis mandata, aut non credent homines, aut non ignoscent.

1. Queritur de Pisoni, sed haec nimis mollis, & languida videtur oratio apud Sapientem, qui vitam omnem & mortem diu agere putat, ut loquitur Synopsus lib. de prudentia

2. Vltimam fugiat. Inerat hoc animis, &